



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Chronologia Christiana

**Herbipoli, 1694**

Sæculum IX. Ab Anno 800. ad 900.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65495)

*Crucis* Signum apparet impressum in  
 vestibus hominum *Sigeb:* An. 786. \*  
 Pluit Sanguine 787. \* *Classis* Copro-  
 nymi navium 2600. fluctibus hausta  
 An. 767.



## SÆCULUM IX.

AB ANNO 800. ad 900.

### §. I. *Romani Pontifices.*

C. **S**TEPHANUS V. quem alii IV.  
 ponunt Romanus elect. A. 816.  
 à *Ludovico I.* Imperatore Filio  
*Caroli Magni* honorificentissime exce-  
 ptus, his verbis: *Benedictus qui venit in*  
*nomine Domini*, huic & conjugi ejus  
*Irmingarda* coronam Imperatoriam  
 imposuit. Obiit gestis & virtutibus cla-  
 rus Anno 817. d. 25. Jan.

CI. S. PASCHALIS I. Rom: elect:  
 An. 817. Monachus fuit. Religiosissi-  
 mus, in Scripturis Sacris apprimè ver-  
 satus, & prudentia & Sanctitate singu-  
 laris: Coronavit *Lotharium* Imperat.  
 Obiit An. 824. CII.

AB ANNO 800. ad 900. 133

CII. EUGENIUS II. Rom: elect:  
A. 824. de illo ANAST. *Sola qua Chri-  
sto erant placita diebus ac noctibus cogita-  
bas.* Pater pauperum dictus, obiit An.  
827. die 11. Augusti.

CIII. VALENTINUS Rom: elect:  
A. 827. *Magna Vir Sanctitatis* Barone  
sedit non nisi 40. diebus & obiit.

CIV. GREGORIUS IV. Rom: e-  
lect: A. 827. doctrina & pietate præ-  
stans, ex latebris in templo *Cosma &  
Damiani* quæ sitis, ad sedem extractus,  
obiit. An. 843.

CV. SERGIUS II. Rom: elect: An.  
844. Vir magnæ eloquentiæ, & Cor-  
datæ virtutis, *Ludovicum II.* qui Filius  
erat *Lotharij* Imper: temerarium &  
contemptorem Sedis Apostolicæ, his  
verbis ante Basilicam *S. Petri* exter-  
ruit & mansuefecit, *Si pacificus adve-  
nisti mecum ingredi, si autem aliud in  
animo habes, non admittêris, sed gladium  
divina vindicta senties omnibus Ecclesia  
contemptoribus paratum.* Obiit optimè  
de Ecclesia meritis An. 847. d. 12.  
Apr: dicitur à *Genebrard.* primus Pon-  
tificum

tificum qui nomen suum mutavit.

CVI. S. LEO IV. Rom: elect: An. 847. ANASTAS: BIBLIO: sic laudes ejus completitur. *Fuit Leo totius Sanctitatis decore repletus*: Suis precibus Romam à Saracenis, ingenti classe appropinquantibus Italiæ, & à venenato dracone, Virginis Imagine miraculosè liberavit. Obiit An. 855. d. 17. Jul:

**T** Nferunt adversarij *more inimici hominis qui super seminavit Zizania*, fabellâ quandam de scœmina quæ e mentito sexu federit in Cathedra Romana, quam alij post *Martinum I.* qui obiit An. 654. & alij post *Theodorum I.* A. 904. plerique post *Leonem IV.* hoc loco ponunt, vocantque *Joannem VIII.* vel, ut *Sabellicus VI.* vel ut alij VII. de hâc *Joannâ Papisâ* fingunt præterea, alij oriundam fuisse *Moguntia* in Anglia, alij *Margantia* in Anglia (scilicet utrobique in Utopia, cum neque *Moguntia*, neque *Margantia* inveniantur in Anglia) comminiscuntur ante Papatum appellatam fuisse *Gilbertam*, uti Centuriatores: alij *Jurtam*, sed vulgus *Agnetem*. Studuisse dicunt, alij Parisiis, alij Athenis: (trecentis à se invicem milliariibus aberrante mendacio) cum igitur hætenus adeo in *caput suum mentita sit iniquitas sibi*, nec ullum sit testimonium conveniens, alio

alio de Schino, alio de primo mentiente: Dan: c. 13. Fabella etiam ab auctoribus incorrupti iudicii abunde & passim non absque rubore adversariorum, quem honestissima veritas inducere solet iis, (qui frontem nondum exuerunt) confutata sit, igitur secundum veriorrem, & nulla falsitate interruptam Chronologiam hoc loco ponitur Papa, qui sequitur numero & ordine.

CVII. BENEDICTUS III. Rom: elect: A. 855. de quo Baron: *Vir omnium commiseratione insignis*: Fuit hic iussu *Anastasi* Anti-Papæ de sede pulsus, Sacris vestibus Spoliatus, contumeliis ac verberibus onustus, sed restitutus, & veniam omnibus adversariis liberaliter indulgens, obiit Anno 858. die 16. Februar.

CVIII. NICOLAUS I. Cognomento Magnus Romanus elect: A. 858 *Magnis Peditus virtutibus*, Baron: pro Ecclesia Dei alter *Elias & Phinees* adversus *Ludovicum II.* & *Michaelem* Græcum Imperatorem, nec non *Photium* impium Patriarcham. obiit Anno 867. die 13. Novembr.

CIX. HADRIANUS II. Rom: elect:

A. 867

A. 867. Vir profundæ humilitatis, ita ut ad mensam ministraret Episcopis, & pedes lavaret: eâ fuit in pauperes liberalitate, ut Deus pecuniam in pauperes distribuendam, cum numero non sufficeret, miraculosè auxerit in manibus thesaurarii Pontificii distribuentis. *Genebrard*: Obiit Anno 872. die 1. Novemb.

CX. JOANNES VIII.\* Rom: elect: An. 872. Sapientiâ & Spiritu plenas edidit Epistolas. Coronavit *Carolum II.* dictum *Calvum*, *Ludovicum II.* dictum *Balvum*, & *Carolum III.* cognomine *Crassum* Imperatores. Obiit An. 882. die 15. Decembr,

Observat Baronius ad annum 879, JOANNEM VIII. famæ suæ non modicam maculam aspersisse, quòd magis *secundum carnis prudentiam, quàm Spiritûs*, ut loquitur *Apost: Rom. 8. Ludovici Pij*, secundo genitum *Carolum Calvum* præ *Ludovico Germaniæ Rege*, qui fratre suo *Carolo* prior erat genitus, & potior jure, ac virtute multùm antecellebat, Imperij coronâ ornaverit: nec non *Photium* hæreticum excommunicatû, ut *Basilio Græco* Imperatori placeret, in Ecclesiam receperit. Hinc fabellam de JOANNA PA-

NA PAPISSA ortum sumpsisse autumat Ba-  
ron: ex eo, quod *Joannes VIII.* inconstantia  
suâ, & ad favonios mundanæ gratiæ, secun-  
dum carnis prudentiam politicâ mobilita-  
te, plus fœminam quàm virum in *Cathedra*  
*Petri* se exhibuerit.

CXI. MARINUS I. vel MARTI-  
NUS II. Hetruscus elect. 882. ante  
pontificatum 30. dierum captivitatem  
iustinuit, quòd *Photio* consentire no-  
luerit, & eadem fortitudine in Ponti-  
ficatu restitit *Basilio*, Græc: Imperat:  
Obiit 884.

CXII. HADRIANUS III. Roman:  
elect: 884. obiit A. 885. ornamentum  
Apostolicæ Cathedræ & Petra ad-  
versus *Basilium*, *Photium* & asseclas.

CXIII. STEPHANUS VI. Rom:  
elect: 885. dictus à *GUILLIELMO BI-*  
*BLI: Prasul Eminentissimus*, Conciona-  
tor, & Pater pupillorum, ac paupe-  
rum, quos quotidianâ mensâ alebat,  
& lectione simul spirituali pascebat.  
Obiit A. 891.

CXIV. FORMOSUS Rom: elect:  
891. a *Luiprando* lib. i. c. 10. *Episco-*  
*pus magna Sanctuatus Tolerantissimus*

G

inju-

injuriarum. CARDINAL: BELLARM: *fuit,*  
 inquit, *hic Papa doctrinâ & Sanctitate*  
*insignis.* Quicquid dicant alii. obiit. A.  
 896. die 14. Decemb.

CXV. BONIFACIUS VI. Rom: ✠  
 post FORMOSUM intrusus est, A. 897.  
 neq; sedit legitimè, sed iterum è Sede  
 dejectus est. ab aliis in numero Ponti-  
 ficum planè omittitur, quia *non intra-*  
*vit per ostium in ovile Christi.*

CXVI. STEPHANUS VII. Rom: ✠  
 intrusus An. 897. ideo autem in nu-  
 mero Pontificum ab Ecclesia habitus  
 & acceptatus, quod præstet subinde  
 Ecclesiam pati sub infirmo capite,  
 quàm capite omnino & ad longum  
 tempus carere. Justo Dei Judicio in  
 carcere extinctus est. An. 893. de quo  
*Baronius.*

CXVII. ROMANUS Nazione He-  
 truscus elect: A. 900. Pastor bonus se-  
 dit non nisi 4. menses.

CXVIII. THEODORUS II. Ro-  
 man: elect: A. 900. pastor bonus: sedit  
 non nisi dies viginti. Nonnulli Roma-  
 num, & *Theodorum* è Catalogo Pontificum  
 ob breve regimen omittunt. CXV.



§. 2. *Imperat. Rom. Orient.*

LXXII. **N**ICEPHORUS externâ specie Catholicus, animo Manich: & Iconoclasta occisus A. 811.

LXXIII. STAURATIUS *Nicephori* Filius graviter quoq; vulneratus non nisi duos menses superstes patri fuit.

LXXIV. MICHAEL *Curopolata Stauratij* Sororius, regnavit 2. annis.

LXXV. LEO V. Armenus, Iconoclasta & hostis Christianorum acerrimus. Trucidatus An. 820.

LXXVI. MICHAEL BALBUS, Iconoclasta *Euphrosynam* Constantini Imperat: filiam Sanctimonialem Sacrilego matrimonio sibi copulavit.

LXXVII. THEOPHILUS Iconoclasta & Magus, *Euphrosynam* nocentem suam monasterio restituit, pœnitens obiit An. 842. Imp. 13.

LXXVIII. MICHAEL *Theophilij* Filius, *Theodoram* matrem, cultum imaginum propugnans monasterio inclusit, occisus cum vino maderet à *Basilio* Macedone An. 867. Imp. 25.

LXXIX. BASILIUS Macedo obiit 886. Imper: 19.

LXXX LEO VI. Philosoph. multa & magna pietatis monumenta reliquit. obiit 911. Imper. 25. ab hoc sunt *Novella*, quæ Justinianæis suffiguntur.

### *Romani Imperator: Occid.*

I. CAROLUS MAGNUS Ingelheimii natus Patre PIPINO, matre BERTA. Coronatus à Leone III. Papâ. Nicophoro reliquit Imperium occidentis, Rempublicam autem Venetorum exemptam fecit. Divis accensetur in Ecclesia Gallic: Obiit An. 814. Imp. 14. Aquisgrani sepultus. SYMB. *Christus regnat, Christus vincit, Christus triumphat.*

II. LUDOVICUS I. Pius, Caroli Magni Filius: à filiis Carolo & Ludovico & Lothario depositus, & restitutus. multa fecit pro Leone III. tuendo Pontifice, Singulariq; reverentia Stephannum V. Pontif. excepit & cum uxore sua *Irminginda* ab eodem coronatur. Obiit An. 840. Imp. 28. SYMB: *Cunctam rerum vicissitudo.* III.

III. **LOTHARIUS I.** à quo nomen habet Lotharingia, cum prius Metense & Austrasiæ Regnum diceretur. *Ludovici primogenitus Italiam & Austrasiam sibi cum Imperio retinuit, fratri Carolo Franciam, Ludovico Germaniam relinquens, obiit in monasterio cum habitu monastico, SYMB: Par sit fortuna labori.*

IV. **LUDOVICUS II.** obiit A. 875  
Imper: 20.

V. **CAROLUS II.** *Calvus* cognomento. Veneno sublatuſ ab Hebræo medico An. 877. Imp. 2. SYMB: *Justiniani injustitia perit.*

VI. **LUDOVICUS III.** **BALBUS** veneno interfectus, Reg. an. 1. menses. 6.

VII. **CAROLUS III.** *Crassus* sive *Grossus* Romæ coronatus. ab Imperio depositus; ultimus Regum Galliæ qui Imperium administravit. obiit A. 888  
Imper. 9. SYMB: *Os garrulum intricat omnia.*

VIII. **WIDO**, *ut Baronius, sive Arnulphus ut Genebrard,* imperavit an. 11.  
obiit An. 899. SYMB: *Facilis descensus a verni.*

IX. LUDOVICUS IV. Captus à Berengario, quocum de Imperio disceptaverat, oculis & Imperio orbatus est  
 BARON: an. 809. Imper. 4. SYMB: *Mul-*  
*torum manus, paucorum consilium.*

### S. 3. Concilia.

**A** Relatense an. 813. Aquisgranense in Germania, 2. an. 809. & 3. an. 817. Constantinopolitanum an. 842. Moguntinum an. 847. an. 848. & an. 852. triplex. \* Sueffionense 853. Constantinopolitanum 854. sub Ignatio Patriarcha. Valentinum in Delphinatu 855. Romanum quadruplex an. 863. & aliud eodem anno 3. an. 864. & 4. an. 866. Wormatiense an. 868. Constantinopolitanum iv. Synodus viii. generalis an. 869. PAPIENSE an. 876. TRECENSE an. 878. TRIBURIENSE propè MOGUNTIAM an. 895.

### S. 4. Schismata.

**A**dversus Eugenium excitatur Antipapa Zizinus 824. \* Adversus Benedictum confurgit Anastasius Antipapa Triduanus 855. \* Adversus  
 For-

*Pormosum* Anti-Papa *Sergius* 891. \*  
Adversus *Stephanum VII.* Anti-Papa  
*Bonifacius* 897.

### §. 5. *Propagationes Fidei.*

**S**uecia ac Dania profitentur fidem  
Christianam Rege Danorum *Har-  
rioldo* sive *Hunoldo*, vel *Horaldo* unà  
cum Coniuge & filiis Moguntiaë bap-  
tizato, cui *Ludovicus Pius* Frisiam do-  
no dedit *Genebr.* Sclavi Dalmatiaë po-  
puli cum *Sueropilo* Rege, Hungari Bul-  
gariq; cum *Cacano* Rege, qui Mona-  
chus factus, ubi per filium audiit Deo-  
rum revocari cultum, collecto exer-  
citu filium redegit in ordinem, & na-  
tu minorem substituit. *Russia* sub *Ba-  
silio* Maced. Normannia cum *Gode-  
fredo* Rege, Triballi, Moravi, Dani ite-  
rum sub Rege *Sivardo*.

### §. 6. *Persecutiones Fidei.*

**S**Araceni vexant Ecclesiam in Hispa-  
nia, Cretam & Siciliam occupant,  
irrupunt in Italiam, Suburbanas SS.  
*Petri & Pauli* Basilicas expilant 812.  
821. 850. 851. 852. *Ericus* Dano-

rum Rex premit Ecclesiam. Affligunt eandem Bulgari in oriente, 813. *S. Federicus Traiectensis Episc.* Spurcitas insectatus, occiditur 838.

### *S. 7. Sanctitate Clari.*

*S. Ebba* cum omnibus monialibus se denasavit, & labrum Superius ad usq; dentes exsecuit, pro tuendo pudore A. 870. *S. Edmundus* Rex Angliæ passus. *S. Ignatius* Constantinopolit:

### *S. 8. Hæretici.*

*Claudius Taurinensis.* *Godesealcus.* *Photius* auctor Græci Schismatis. *Joannes Scotus* non ille qui Subtilis dictus, & multo posterior fuit. *Bertramus.* *Fredevvardus.*

### *S. 9. Initia Relig. Ordin. nulla.*

### *S. 10. Initia Regn. & Princ.*

*T*ranslatio Saxonum factiosorum in Brabantiam & Belgium, ac Helvetios per *Carolus Magnum* \* *T*ranslatio Imperii Occidentalis ad Francos, quod integro Sæculo retinet *Caroli Magni* Familia ab An. 800. ad 900. \* *D*ivisio Regni Saraceni in 830 *T*etrar-

trarchias. \* Comitatus Flandriæ institutio. 866. \* Regni Burgundici & Arelatensis initium. 890. \* *Ferdinandus Consalvus* fractâ Maurorum potentiâ, primus Castellæ Comes sub Sæculi finem. \*

### S. 11. Instit. Sacror. Rituum.

**G**estatio Crucis ante equum Pontificis Romani à Subdiaconis renovata & illustrior reddita. \* Festum SS. Trinitatis cum officio ab *Alarino* composito Celebrari cæpit A. 800. \* Usus Campanarum ænearum ex dono Venetorum Imperatori *Michaëli* factò, primùm innotescit Græcis. \* Profæ Ecclesiasticæ sub Sacro canendæ primùm compositæ à *No- degero Leodiensi* 840. \* Tituli Cardinalium. \* Palmæ benedictæ à *Ioanne VIII.* ad *Carolum Calvum* missæ victoriarum omen 877. \* Festum omnium SS. jam pridem Romæ institutum monente *Gregorio* & consentientibus universis Episcopis *Ludovicus* Imperator in Gallias & Germaniam invexit *Sigeb.* A. 838.

§. 12. *Nova Reperta & Na-  
tales Urbium,*

**L**ilia primùm Scuto Francico indi-  
ta 890. Aquisgranum conditur 800.  
Brunsvicum 813. Urbs Leonina Ro-  
manæ appendix adversùs irruptiones  
Saracenorum à Leone IV. 848.

§. 13. *Scriptores Sacri.*

**D** Theodorus Studites. Angelomus.  
Strabus. Aymo. Epif. Rebanus E-  
pif. Freculphus. Hincmarus. Epif. VVa-  
lafrius. Metaphrastes. Anastasius Bi-  
bliothecarius. Paschasius. Ado Viennen-  
sis. Epif. Ambrosius. Ansbertus. Ama-  
larius Ep. Ionas Aurelius Epif. Leo Sa-  
piens. Photius Epif susp.

§. 14. *Natur. Discipl. Periti.*

**M**ath. Michaël Pfellus. Philos & Math.  
Joannes Frijugena. Hist. Gildas Ban-  
cherensis. Eginhardus. Theophanes. Aimo-  
inus. Freculphus. Poet. Vandelbertus. Bri-  
ftanus Groylandensis.

§. 15. *Strategi & Prælia.*

**C**entum millia Danorum Ethni-  
corum ab Arnulpho Imper: Cæsa,



vix uno alterovè è Christianis defiderato A. 885 \* *Andreas* Dux *Basilij* Strenuissimus. \* *Vido* adoptatus in filium à *Stephano* Papa.

§. 16. *Universitat. & Scholæ.*

*S*cholæ Constantinopolitanæ per *Bardam* restitutæ A. 859. Oxoniensis Acad. in Anglia 872.

§. 17. *Res Memorabiles.*

*A* *Dilulphus* seu *Athulphus* Rex Angliæ, Insulam suam vectigalem fecit Ecclesiæ argenteo nummo in singulas familias, qui *beati Petri* dicebatur. \* *Carolus Magnus* duodecim PARES GALLIÆ instituit sex de ordine Ecclesiastico. Tres DUCES, nimirum, *Remensem* Archiepis, *Laudunensem* & *Lingonensem* Episc. TRES COMITES, nempe *Bellovacensem*, *Noviomensem*, & *Catalaunensem* Episc. Sex item de Statu Laico. Nimirum DUCES tres *Burgundia*, *Normannia*, *Aquitania*. Comites totidem *Flandrie*, *Tolose*, *Campania*, qui mutantur ex arbitrio Regis. *Genebrard* in *Leone III*. Idem *Carolus* Im-

perium Occidentis ab *Odoacre* restituit & ad Gallos derivat. An. 800. *Aquitaniam* cum universis Galliis, Italianam, Germaniam, Hungariam, Hispaniæ magnam partem aliasq; Regiones subigit. \* Corpus *Amandi* Episcopi ab ejus obitu 152, annis integrum repperitum A. 812. \* Corpus *S. Jacobi* majoris miraculo inventum, & *Compostellam* translatum. \* A. 816. \* Corpus *S. Marci* Saracenis ereptum & *Venetias* translatum. A. 821. In *Saxonia* intumuit terra in aggerem ad *Spatium* trium millium passuum. 821. \* In territorio *Tullensi* adolescentula quædam duodennis percepto ad *Paschatis* ferias *Epulo* Eucharistico, triennio toto cibo omni & potu abstinent. \* *Sigeb.* Saracenis Africanis *Sicilia* eripitur, quam tamen illi anno 899 receperunt. \* Dedicatur ritu solenni veneranda *Compostellæ* Basilica A. 900

§. 18. *Signa & Even. Trag.*

**L**ocustarum vis ingens Italiæ agros late devastat. A. 812. \* Inusitatae magni-

magnitudinis grando in Galliâ decidens homines multos & pecora peremit, quo tempore etiam decidit ex nubibus moles durissimæ aquæ congelatæ 15. pedum longitudinis sex latitudinis, & duorum altitudinis *Palme*: A. 825. & *Sigeb. A. 824.* \* tam dira in Germania grassata est fames, ut parentes liberos suos comederent. *Sigeb. 851* \* Constantinopoli conflagravit illustris Basilica *S. Sophia A. 872.* \* Ingens terræ motus terrâ & mari mugitu ac fragore horrendo intonantibus *Baron. 862.* \* Brixix pluvix Sanguinis per totum triduum A. 869. \* Ingens locustarum Copia in Galliis omnia depascentium. Ex quorum postea putrescentium fœtore pestis maxima orta est, quæ tertiam partem hominum absumpsit An. 876. \* Pons super Rhenum opus decennale *Caroli Magni* longus quingentos passus, conflagrat intra tres horas.

SÆCU.